



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

Testimonium Doctorum Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

idem captare, & pro magno beneficio ducere, si accepisset, S. Athanasius in vita testatur.

VI. S. Franciscus Seraphicus tantam de hoc Ordine æstimationem conceperat, ut dicere ausus sit, se, si Sanctus quipiam de cælo descendens simul cum Sacerdote occurreret, ipsius istius manum ad osculum experiturum, deinde primum Sancto debitam reverentiam exhibiturum, uti in vita à S. Bonaventura scripta videre est.

VII. S. Martinus ab Imperatore Maximo ad convivium vocatus, arreptam pateram primum Sacellano suo, & deinde Imperatori propinavit; causamque rogatus, pluris se Sacerdotis, quam Imperatoris dignitatem facere respondit, uti Severus Sulpitius l. 1. vit. testatur.

VIII. S. Franciscus Borgias, ne Ordine Presbyteratus indignus videretur, orare in dies DEUM, & corpus castigare solitus erat; nec enim ignorabat ad illa adyta illotis manibus irrumperè, sacrilegio affine crimen esse. Vita l. 2. c. 1.

IX. B. Maria Oegniacensis vestigiâ Sacerdotum summam reverentia & demissione deosculari solebat, uti D'Oucreman p. 1. c. 6. §. 4. Pœd. Christ. refert.

SEXTUM

TESTIMONIUM DOCTORUM ECCLESIAE.

I. S. Gregorius Naz. in epist. ad Episc. sic loquitur: O sacerdotes DEI inveniuntur Sacrificia mittentes! O illustres animarum Custodes! O magnum DEI figmentum in manibus vestris gestantes! O DEVM hominibus concilians! O Mundi fundamenta, Vita lumina, Christiana fidei columna, immortalis vita Doctores, Christiferi &c.

II. S. Chrysostomus l. 3. de Sacerd. sacerdotium, inquit, regno tanto est excellentius, quantum Spiritus & carnis intervalum esse potest. Et iterum: Sacerdotes merito non tantum plus vereri debemus, quam vel Principes, vel Reges, verum etiam majore honore, quam Parentes proprios honorare.

III. S. Ambrosius c. 2. de dign. dist. 36. ait: Aurum non tam pretiosus est plumbo, quam regia potestate altior est digni.

Instruct. IX.

F

gnitas Sacerdotalis. Et iterum c. 2. §. 7. dist. 96. *Quis dicitur, Sacerdotes Christi Regum & Principum, omniumque Fidelium Patres & Magistros censerit?*

IV. S. Hieronymus apud Bessæum l. 1. de Sacerdotibus. Sacerdotes vocat Ecclesiæ Apostolos, Patrisfamilias viros, Speculatores Jerusalem, apes per agros volitantes, piceos pendentes à turri David, vineæ sepimentum, coccineæ Sponsæ, lectuli Salomonis custodes, Paræciarum Rectores, Christianismi nobilitatem, Ecclesiæ Senatuum, Præsulumque, bonorum operum exempla.

V. S. Augustinus conc. 2. super Psal. 37. *Verè, inquit, veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus Deus operatur, velut in utero Virginis incarnatur.* Hinc super prima Epist. ad Timoth. *Presbyteri, ait, qui bene præcipiunt & doctrina, digni habentur à Subditis duplici honore, videlicet ut spiritualiter illi obediant, & exterioriter ministrant.*

VI. S. Gregorius Magnus in Epist. ad Mauritium Imperatorem scribens inter cætera sic loquitur: *Sacerdotibus non est regna potestate Dominus noster citius indignetur, sed cunctis hominum consideratione propter eum, cujus servi sunt, ita indignetur, ut etiam debitam reverentiam impendat.*

VII. S. Thomas Aquin. super Epist. 1. D. Petri c. 2. de ultimo Testamento, inquit, *Sacerdotium præeminet regno, Spiritus corpori; in veteri verò regnum præeminet Sacerdotio. Ideo ibi regnum, hic Sacerdotium in substantia præeminet, eò quòd ibi ex regno, hic ex Sacerdotio quasi sumitur religio.*

SEPTIMUM
TESTIMONIUM ALIORUM
SS. PATRUM.

I. S. Ignatius Martyr l. 2. Epist. 52. *Honorate, inquit, Sacerdotium secundum Christum, & post etiam oportet honorare Regem. Sacerdotium enim summa est omnium, qua in hominibus existunt.*

II. S. Dionysius c. 1. de Eccl. Hier. *Vt enim, ait, Sacerdotium dicitur, sacrorum simul omnium uno vocatur.*